





Disputatio medica inauguralis de incubo


<https://hdl.handle.net/1874/345131>





Universitätsbibliothek

Wien



1. Hertzberg, G. S. Schlegel. De incubo.
2. Rueuer, A. de. De protoprasia creditorum.
3. Beecke, R. van der. De senatusconsulto Macedoniano.
4. Hartogh, B. De ictero flavo.
5. Busch, J. van den. De paralyse.
6. Benaventus, D. de Lion. De calculo.
7. Jdsinga, A. ab. De transactionibus.
8. Pestere, N. De transactionibus.
9. Boeye, N. De postulando.
10. Gulich, H. H. von. Theses, ex diversis jurium materiae defunctae.
11. Nimmegen, C. van. Illustres quaedam ex variis juris materiis quaestiones.
12. Cornans, J. De mandato.
13. Ruyt, C. De tutelis.
14. Freich, J. B. De emptione venditione.
15. Postee, C. van. De commodato.
16. Halsey, J. De lymphis.
17. Koufemaker, J. de. De jure jurando.
18. Schuurman, L. De exceptionibus.
19. Bormeester, W. De pleuritis.
20. Meyer, J. de. De nuptiis.
21. Verheye, J. De senatusconsulto Macedoniano.
22. Ruyt, M. van. Circa hominis generationem, et medicamenta ex vegetabilibus et mineralibus illi dicandis.

23. Brummer, G. P. De dysenteria.
24. Below, J. F. De vermibus intestinorum.
- X 25. Bergen, dictus Montanus, F. van. De feriis.
26. Groulard, J. W. de. De constituta pecunia.
27. Famars, J. J. de. De contrahenda emptione et venditione.
28. Mullerus, G. De anorexia.
29. Verboom, A. De compensationibus.
30. Havart, D. De tenesmo.
31. Wollaston, J. De Deo.
32. Beaumont, H. à. De publicanis, vectigalibus et commis^{is} s^{is}.
33. Holtmaker, J. De precario.
34. Hopperman, J. De diarrhaea.
- X 35. Wall, J. de. De empyemate.
36. Naelhout, C. De jurisdictione.
37. Roeters, P. De sterilitate.
38. Berckhout, J. Fedingh van. De nuptiis.
- X 39. Vapour, H. De origine animae rationalis.
40. Siddh de Jude, C. P. De tacito sive legali pignore.
41. Murmband, J. Guil. Comes de. Forum S. imperii Romano-Germanici principum.
42. Haire, J. H. le. De heredibus instituendis.
43. Poll, J. van de. De foenore et anatocismo.
44. Oever, R. van den. De jure deliberandi et beneficio inventarii.
45. Swardt, J. de. De distributione Chyli.
46. Culemburch, C. à De tutelis.

- x 47. Garmers, V. De jure retentionis.
48. Schumacher, J. O. De epilepsia.
49. Denyssen, J. De haemoptoe sine sanguinis spato.
50. Swildens, C. De rei vindicatione.
51. Deris, E. De Iliaca passione.
52. Rude, D. Positiones medicae.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Main body of faint, illegible text, appearing as a large, light-colored area with some darker smudges.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
INCUBO.

QUAM
PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,
JACOBI VALLAN,

Medicinæ Doctoris, Praxeos & Institut. Med.
Professoris Ordinarii,
NEC NON

Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimeque
Facultatis MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subicit
GODOFR. SIGISMUND. SCHLEGEL HERZBERG. Sax.
Ad diem 27. Martii horâ locòque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clō lōc xci.



DISPUTATIO MEDICA
I N A U G U R A L I S
D E

I N C U B O .


QUAM
P R E S I D E N T I S O P T . M A X .
J . H E R M . S C H I M M E L I P . P R O F .

JACOBI VALLAN,

Medicine Doctor, Praxis & Institute Med.
Practitioner Oculist
N E C N O N

Practitioner in Medicine & Surgery, Philadelphia
Practitioner in Medicine & Surgery, London
PRO GRADU DOCTORATUS
Summius in Medicina Honoris & Privilegii
cum et honoris conditionibus
Præsentatione et assensu

GODFR. STIGMUND. SCHMIDT. HERSBERG. Sec.
Al. Aug. 27. 1807. Lond. Imp. Univ. Lond.



TRAJECTI ad RHENUM

Ex Officina Francisci Hæmæ, Academicæ
Typographi, c. 1807.



C. D.



*H*ominem quæ constituunt, duo sunt, eaque diversissima: Anima sc. substantia quædam cogitans, corpusque in extensione partium aliarum extra alias consistens. Nexu interim tam firmo, tamque ineffabili juncta hæc sunt, ut neutrum eorum alterius auxiliò destitutum, suò fungi possit officio. Protinus enim corrumpitur corporis humani fabrica, à divina illà particulâ Auræ si non animetur continuò. Nec Mens quoque omnis licet materiæ experta corpori fragili quamdiu alligata est, absque convenienti ac naturali partium corporis constitutione, actiones suas peragere potest, quin hæc vitiata eam vel planè non, vel perversè ad minimum illas obire videamus. Primum in gravioribus Animi deliquiis liquet, posterioris Testimonium præbet Incubus, cujus Tractationem in præsentem suscipere animus est. Faxit Deus.

FELICITER.

A 2

DISPU-

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

INCUBO.

§. I.



Incubus ratione Etymologiæ derivatur ab incubendò, Græcis dicitur ἐφιάλτης, ἀπὸ τῆ ἐφάλλεσθαι insilire, alias etiam ἐμβολὴ invasio, Asthma nocturnam, nocturna suffocatio, Germanis der Alp / Nachtmannelein / Belgis de Nachtmerry / de Mare.

§. II.

Definitur autem quod sit Symptoma Respirationis imminutæ, ut plurimum invadens dormientes cum falsâ imaginatione molis gravioris, sub specie Spectri, pectori incumbentis, ortum trahens à Tetanò Musculorum Respirationi ac lequæ inservientium.

§. III.

Genus, Actionem ponimus Respirationis imminutæ, patetque hoc ex propriâ Patientium relatione, utpote qui conqueruntur de imminuta Respiratione, aded ut de totali etiam Suffocatione & Strangulatione sibi metuant.

§. IV.

Partem primariò affectam Veteres agnoscunt cerebrum, hinc etiam Incubus ad capitis affectus ordinariò ab iis refertur. Sed quæ quæso fieret ut cerebrò affectò sola læderetur Respiratio, illæsis manentibus cæteris partibus. Cerebrum enim nullò aliò in partes inferiores dominiò gaudet, præter id quod exercet per nervos, ac his affectis toties etiam compatitur tota nervorum structura ex cerebrò affectò oriundorum: Adde quod tam facile ac subito malum non cederet, si in cerebrò hæretet causa, prout abunde nos docent affectus Apoplectici. Missam igitur facimus hanc sententiam, partesque affectas dicimus
Thoracis

Thoracis & Laryngis musculos, primariò v. Diaphragma, quod hic non patitur motum quendam concussivum, qualis accidit in singultu, sed potius conductivum seu constrictivum, ubi fibræ istæ ita stringuntur, ut ab antagonista musculò iterum non possint expandi. Hoc Diaphragma convulsus sequitur etiam Laryngis constrictio, unde patientibus oritur strangulatio similis Passioni Hystericæ, loquela impedita, aut sonus inconditus; cumque hinc etiam impediatur sanguinis circulus à Pulmonum Respiratione læsa, magnis insuper anxietatibus ægri premuntur. Ratio autem cur idem cum Thoracis musculis fatum subeat Larynx, latet in eò, quia idem nervus ex intercostali prodiens, moveat musculos Thoracis & ex eòdem truncò profectus ramus moveat Larygem, hinc à nervi intercostalis irritatione musculis Thoracis convulsis, simul etiam convellitur Larynx. Cæterum utut dormientes magis quam vigilantes adoriatur Incubus, non interim tamen mirandum si vigilantibus quoque accidat, æque enim interdiu ac vigilantibus Diaphragma ac reliqui muscoli possunt convelli. Exempla vide ap. Rhodium & Smetium. Quod v. dormientibus magis obveniat, inde fieri puto, quia vigilantes ut plurimum Symptomati huic aliud imponere soleamus nomen referentes id aut ad dolores Hypochondriacos aut passiones Hystericas, nec etiam vigilantibus nobis hic affectus aded imponere potis est, ut falsam accusemus causam & quidem imaginariam.

§. V.

Causa immediata proximior est dictorum musculorum Convulsio. Hinc quibusdam etiam non malè audit parva Epilepsia, quam post frequentem Incubum observavit *Tirmaus von Guldenklee* cas. 17. p. 42. Causæ mediata proximioris censum subeunt omnia ea, quæ quocunque modò possunt irritare nervos musculorum impr. Diaphragmatis. v. g. Stomachus multis cibis infarctus, aut repletus materiâ viscidâ & mucilaginosa, quæ ab acido fermentata in flatus deinde abit. Hinc Hypochondriacis, præprimis v. jamjam ad Melancholiam Hypochondriacam inclinantibus, ut & Hystericis malum hoc frequentius audit. Sic nimiam vasorum repletionem seu Plethoram, ob liberam sanguinis circulationem impeditam Incubum causari posse docent nos scæminæ quædam plethoricæ, quæ instante mensium fluxu hunc affectum patiuntur. Sic observatus quoque Incubus à vermibus in Intestinis

puerorum latitantibus, quod non mirandum, cum horrendas ab ipsis inductas Epilepsias totò die in Praxi experiamur. Præprimis v. ad hunc affectum dispositi, dorso incumbentes, ab eò adoriuntur, quia in tali decubitu muscoli & nervi pueumatici aliquò modò constringuntur & comprimuntur, indeque Spiritus Animales ad Thoracem & Diaphragma non ritè possunt influere. Dormientes autem cum præaliis invadat Incubus, facile exinde varia somnia possunt excitari, concurrente scilicet simul Anima Rationali, & perceptà illà molestià varia talia insomniis cudente. Quod enim in somnò Anima Rationalis percipiat corporis alterationes, proque perceptionis hujus varietate varia quoque inducat somnia clarissimè patet in pollutione nocturnà, ubi turgescuntiam & eruptionem seminis sequuntur Somnia Venerea quasi cum hâc vel illà pulchrâ sceminâ rem habeamus: simili ratione motus Diaphragmatis & Thoracis impeditus somnia infert compressionis & constrictionis Thoracis à re superimpositâ. Cum enim in somnò Spiritus Animales ob antedicta impedimenta non ritè in suos musculos possint influere, ii resiliunt, inde Anima in tali affectu judicat secundum consuetudinem quasi pondus incumberet & impediret liberum Diaphragmatis motum. Somnia autem hæc vaga certo utpl. applicantur subjecto. Unde nonnulli referunt se vidisse nigros Viros, Vetulas, canes nigros, Animalia hirsuta, dæmones ipsos, qualia Exempla vid. ap. *Schenkium & Forestum*.

§. VI.

Causæ remotæ variæ sunt, Naturalium, Nonnaturalium & præternaturalium censui inclusæ. Ex N. primum locum tenet debilis nervorum textura aliquando hæreditaria, hinc ætas puerilis & sexus sequeior facile huic affectui obnoxius est, huic jungitur temperamentum vulgè dictum Melancholicum, in nimîâ sanguinis vel circulantium humorum acrimoniâ acidò austeriâ consistens. In Non-Naturalium classe occurrit Aër variis heterogeneis præprimis Salis acidi copiâ imprægnatus ut Aquilo aut Boreas esse solent ac Vere & autumnò familiares in septentrionalibus præcipuè Terris. Pessima interim causarum hæc est diæta tum quantò tum quali peccans: in specie v. cibi sale nimîò conditi, infumatique, pisciumque salitorum copia, vel aliud rude ciborum genus ex fructibus horariis immaturis non rarè constans, potuque simili, cerevisiâ acefcente, vino austero, aquâ limosâ comitatum, materiam substernunt idoneam. Alvi excrementa indurata ac

in carcerata, multa quoque hinc præstant. Quantum Ira, terror, Tristitia ut & Venus immoderata in dispositis addere possint, cuilibet notum. Excessus in Somno & Vigiliis, motu & quiete suum quoque symbolum addunt, quatenus in Vigiliis & motu nimio circulantibus humores fortius commovendo & dilatando, subtiliores fortiter agitatae particulae expelluntur, iisque Massa sanguinea depauperatur. Vel quatenus in nimia quiete Circulatio humorum redditur debilior, insensibilis Transpiratio sufflamatur, obstructionesque pariuntur, sicque utroque modo cruditatibus cumulandis ansa præbetur. Ex P. N. morbi plures ab acido-viscidis humoribus circulantibus orti, affectus nostri causam non raro sustinent.

§. VII.

Signa Diagnostica patent ex relatione ægrorum ut & cum iis concumbentium. Fiunt enim hi queruli, gementes, raucum & inconditum sonum proferunt, jacent immobiles, parum aut nihil rogati respondent, tandemque cum impetu expergefacti conqueruntur de cordis Anxietate & lassitudine, referunt se passos esse strangulationes, Præcordiorum anxietates, pondus magnum incumbens, horribile insomnium. A somno etiam penitus liberati tamen adhuc percipiunt Tremorem Cordis Palpitationemque, quia nempe cor & Diaphragma à motibus suis cohibita, somnoque excussio postea per Spiritus affluentes copiosius nimis actuosa reddita debitum officii munus excedunt. Trepidationis talem & Vibrationis motum ingeniose admodum explicat Willisus per virgam Elasticam motu ad se redeuntem. Ubi simul sanguinis quædam adest dyscrisia scorbutica ad coagulationem prona, maculae apparent lividae ex nigredine puniceae dictae, violaceo quoque colore perfusae.

§. VIII.

Signa Prognostica sunt. In pueris & rarioris texturæ nervæ hominibus, frequens Incubus prodromus est Epilepsiae, nisi causa fuerit nimia repletio. Si conjungatur cum Incubus nocturno Vertigo diurna eodem magis timenda est Epilepsia. Mulieres passionibus Hystericis obnoxiae facilius absque metu Epilepsiae patiuntur Incubum. Si præcesserint Cephalici alii affectus & sæpius Paroxysmus redeat, tunc minatur vel Apoplexiam vel spasmodum, seu Epilepsiam, aliquando & Maniam. Dependens à fermento ventriculi, sæpius subsequam habet Melancholiam Hypochondriacam. Incubus interdum etiam terminatur totali suffocatione. Curatio

DISPUTATIO MEDICA

§. IX.

Curatio instituat^r secundum has Indicationes: Musculos irritantia removeantur, convulli sedentur.

§. X.

Prima Indicatio obtinetur partim per evacuantia in nimia sc. repletionem; partim per præcipitantia, ubi nimirum malum natales suas debet humoribus acribus. Partim per Carminativa si vitium hæreat in flatibus. Partim per Vermes necantia, si Affectus hujus causa illi existant, denique etiam per. V. S. si nempe oriatur à Plethorâ.

§. XI.

Formulæ ad primam Indicationem & quidem primò Evacuationem quod spectat, sunt. ℞. Tartar. Emet. gr. iij. s. iv. aqu. Anis. ℥ij. Syr. flor. papav. rhæad. ℥ss. Ubiquetista enim hic esse potest Tartarus Emeticus Mynsichti, solutus enim in aquâ dat aquam Emeticam, in Vinô, vinum Emeticum, in cerevisiâ, cerevisiam Emeticam. Aquæ si commiscetur Syrupus aliquis fit Syrupus Emet. Si in formâ pulveris exhibetur, potest conjungi cum Sulphure aurat. Antimonii & fit ruber, cum limat. Mart. niger, c. sacchoro albus & dulcis. Nec etiam in formâ hâc siccâ facile errare possum quoad dosin. sicuti in Syrupo. Si per inferiora purgare animus est ℞. Extr. Helleb. nigr. Gum. Ammoniac. an. gr. viij. Mercur. dulc. ℥ss. Extr. Trochisc. Alhand. gr. iij. Castor. gr. vj. c. Ess. Absynth. F. Pilulæ. ℞. Gum. Ammoniac. in vinô solut. ℥j. Tartar. Vitriolat. ℥ss. Scammon. ppt. gr. ij. Aqu. Menth. ℥j. Syr. Rosar. solut. ℥ij. M. F. Potio, cujus usum egregium expertus est Elemullerus in Affectibus Hypochondriacis, ubi acidum austerum scæces iudurat & inviscat.

Ad Humorum acrium præcipitationem faciunt sequentiâ ℞. Croc. Mart. aperit. c. Salibus Ebôr. s. igne, Fœcul. Aron. an. ℥j. F. pulvis de quô mane & vesperi sumatur cuspis cultell. ℞. Sal. Hypochondr. Mynf. Oc. Cancr. ppt. Fœcul. Pœon. an. ℥ij. F. pulv. sumendus ut prior. ℞. Liqu. Terr. sol. Tartar. ℥j. mane & vesperi gut. xl. in jure calidô. Laudatur hâc etiam tanquam specificum pulvis Smaragd. ppt.

Ad flatum eliminandos eorumque uberio^rem proventum inhibendum sequentiâ proderunt. ℞. Ess. Flor. Chamomill. ℥ij. Spir. Sal. Ammon. carvat. ℥j. dos. gut. xl. horâ ante mensam ℞. Spec. Diamin.

min. ʒj. Nitr. depurat. ʒj. ol. Dest. cumin. gut. x. F. Pulv. pro
 iij. dof. Insigniter hîc quoque prodest Spir. Nitr. c. Spir. Anis. f.
 Menth. dulseificatus ut & Spir. Carminat. secretus ex Tartarô, Nitro
 & spiritu vini s. Anis. per Retortam tubulatam adaptatô magnô reci-
 piente cui spiritus inest, destillatus. Anisum quoque sub introitum
 lecti comestum insigniter conducit. x

A vermibus malum si oriatur, enecentur & eliminantur. ꝑt. Con-
 serv. Flor. persic. ʒʒ. f. ʒj. Mercur. dulc. gr. iij. iv. v. ad ʒʒ. pro æra-
 tis ratione F. Bolus. ꝑ. Pulv. Corallin. Mercur. dulc. ritè parat.
 an. ʒij. Sacchar. in aqu. rut. solut. F. Rotulæ iij. f. iv. per horam
 sumendæ. Sic commodè quoque possunt exhiberi amara per os, ut
 Tinct. Salutis, Ess. Absynth. c. Elix. Vitriol. mista, & per anum
 injici Clysteres dulces c. melle f. lacte saccharatô, externè potest fieri
 tale Ungv. ꝑ. Aloës Epat. ʒj. Fell. Taur. inspiss. ʒʒ. ol. Diaco-
 locynth. Quercet. q. f. F. Ungv. quod super partem vesicæ ex-
 tendatur, & umbilico applicetur, quod ipsum si firmiter adhæreat nec
 facile decidat signum præsentix vermium refert Ettmuller Schrod. dilu-
 cid. Hypericum & ex eo parata Medicamenta nobilem hîc quoque
 effectum edunt.

§. XII.

Secunda indicatio obtinetur per formalas sequentes hisque similes
 ꝑ. specif. ceph. D. Mich. gr. xv. Cran. human. ppt. gr. viij. Sma-
 rag. ppt. pulv. Anodyn. an. gr. v. F. Pulv. ante introitum lecti in Aqu.
 Til. sumendus. ꝑ. spir. sal. Armon. Ess. castor. an. ʒj. Ess.
 Laud. op. ʒʒ. dof. xl. gutt. tempore somni. ꝑ. Sem. Pæon.
 Nigell. Aquileg. an. ʒʒ f. f. a. Emulsio c. f. q. Aqu. Til. adde Aqu.
 Epilept. Lang. ʒʒ. Dent. Equimarin. gr. xv. cran. human. ppt.
 Smarag. ppt. an. ʒʒ. Edulcoretur c. f. q. Rotul. man. Christi
 perlat. F. Emulsio ante introitum lecti benè commota haurienda.
 Pæonia & exhis parata Medicamenta appropriata hîc sunt. Sic Ante-
 Epileptica hæc & Anodyna pro re natâ optimè possumus jungere car-
 minativis, vermes necantibus, sicque unô labore duos dealbare pa-
 rietes. Imò opium optimô cum successu ipsis purgantibus admisceri
 quotidiana nos docet Praxis, præprimis v. in iis qui acidis & corro-
 sivis succis abundant, in specie scorbutico-Hypochondriacis, cum
 enim in his ex Medicamentis purgantibus ob succos crudos &
 acidos, superveniant sæpissimè horrenda & graviora abdominis tôr-
 mina, ab admistione Opii hæc præcaventur. Vel possunt etiam unô
 B l. alterô

01001979

I. alterò die cum Digestivò aliquò & præcipitante præmitti, vid. Hoefffer. Herc. Med. Externè Pectori & Abdomini inungi possunt varia oleosa aromatica, ut ꝑ. ol. Irin. Verm. Terrestr. an. ꝑij. Anis. dest. castor. pulveris. ꝑj. Hæc enim poros cutis penetrandò simul canaliculos membranarum admodum aperiunt.

§. X I I I.

Restat bona Diæta. Sumatur cibus & Potus laudabilis nutrimenti, ex quo purioris Alimenti succi ad sanguinem transvehi, puri sicerique Spiritus secerni possunt, nec tamen in nimia quantitate. Motus & quies sint moderata. Somnus & Vigiliæ inter medietatis cancellos observentur, vitetur præp. somnus diurnus & qui statim à cibò admittitur; fugiendus quoque Decubitus supinus. Evacuaciones ordinariæ modò se habeant naturali. Animus sit tranquillus, curis, sollicitudinibus, timoribus mœroribus non oppressus, vide plura quæ supra in Relatione causarum remotarum diximus. Nihil jam addimus nisi Vota. Velit sanitatis ille & salutis unicus Autor. Deus Ter Opt. Max. Studia ac consilia nostra porro in S. S. sui Nominis gloriam, Proximi salutare Emolumentum, felicissimè promovere ac moderari, ut ita semper obtineamus illum quem intendimus

F I N E M.